UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Elisabeth. Vid S. Pontianus PP S. Heliodorus M. 19. Nov.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

Visual Library

1.S.Eliſabeth Vidua Andreæ Hungarorum Regis filia, Ludouico Thuringiæ & Haſsiæ Landgrauio nupta, pietatis operibus aſsidue quidem intenta. maxime tamen poſt obitum mariti cum ei ex patientiæ materia multiplici meritorum cumulus accreuit Marpurgi plurima operum ſuorum peregit. moritura iſtic cæleſtem cantum exorſa eſt cum 29 annos in viduitate egiſſet miraculis clara ab A. 1230.

2.S.Pontianus Papa & M. ſub Alexandro Imp. in Inſulam Sardiniam deportatus ibidem fuſtibus mactatus eſt eodem A. quo S Vrſula Romam venit ipſo exulante. & S. Cyriaco M. vices exulantis agente.

3.S. Heliodorus M. in Pamphylia ob Chriſti prædicationem captus, poſt varia tormenta diuinitus ſuperata capite plexus eſt.

S.Eliſabeth,Vid S.Pontianus PP S.He-
liodorus M.19 Nov.

Amor Dei.

Animam ad imaginem Dei factam Dei capacem, quicquid minus eſt non implebit Bern.

Exaudi nos Deus ſalutaris noſter, & ſicut de B Eliſabethæ (S. Pontiani S Hiliodori) feſtivitate gaudemus; ita piæ devotionis erudiamur affectu, per D N Ieſum &c

Ora pro Viduis, &c